

1763

1763

Ad
FACIEM
PANEGYRICI BUCHNERIANI,
DIVO

JOHANNI GEORGIO I,
ELECT. SAX.

scripti olim ac dicti,

BEATISSIMÆ MEMORIÆ

CONRADI FRI-
DERICI,
COMITIS DE DONA,



in utraq, German. ac Latinâ, Linguâ scriptus

PANEGYRICUS FUNEBRIS,
ipseq, deinceps, ut Nobilissimi Gymnasii Gorl. Adole-
scentes, ad *fructuosam Orationum Panegyri. Aug. Buchneri*, præ-
ter illam *Consultationum Lansianarum, Lectionem invitati, Imitationis ge-
nuine Specimen per quandam quasi Parod.*
Oratoriam haberent,

seorsim Anno c^o l^o l^o LXXIV. editus

ab
OPERIS PARASTATA

CHRISTIANO FUNCCIO.

GORLICI

Typis CHRISTOPHORI ZIPPERI,

Hist. Saxon.

D.

75, 16.

27

*his illust. Saxco - Vol. 2,
26, 3.*

DEDICATIO.

PAnegyricas AUGUSTI BUCHNERI Orationes Vobis, Dulcissimæ Animæ, commendare superforanei foret laboris. Perinde id fieret: ac si in Sole positis facem præferre, & accensu luminum diei claritudinem adjuvare gestirem. Omnino enim in eloquentissimo nostro Buchnero habemus, quod admiremur: sive orationis, præter summum ubiq; adhibitum artificium, elegantiam & decus, sive majestatem spectemus. Sed &, quod imitemur, in Buchnero habemus. Non urgebo heic æquum DANIELIS HEINSII judicium, jam ante hosce XL. annos privatis literis expositum. Ad publicum enim provoco monumentum: ad Orationem nempe, in obitum Inviçtissimi Svecorum Regis, *Gustavi Adolphi*, à Buchnero olim habitam, nec tamen ab ipso editam, editam verò Lugduni Batavorum, cumq; Epistolâ quadam nuncupatoria Autori remissam. Sic scil. quem nos Germani mirabamur, ac tantum non Eloquentiæ Numen credebamus, is ipse Buchnerum nostrum exosculabatur, admirabatur, venerabatur. Quàm exquisitis verò Eruditissimorum Virorum, quum in vivis adhuc esset, precibus Vir laudatus fatigabatur: ut in mensâ Solis conjunctim ingenii fœtus exponeret? Tum demum namq; intelligi posse putabant: quid per totam vitam eruditionis & eloquentiæ nostri ævi Nestor intra se congesisset. Attamen prout ipse Veterum erat acerrimus æq; ac prudentissimus imitator, non in verbis tantum & unâ sermonis dignitate ac habitu, sed in illâ senili imprimis sapientiâ, quam in

bonis Autoribus venamur: sic spiranti sibi ac
 meliora speranti extorqueri clavam non pa-
 tiebatur, felicius intra recondita pectoris scri-
 nia retineri ratus, quæ premenda in nonum vel
 decimum annum putassent Veteres. Nunquam
 enim insolentius animo efferebatur: utut prin-
 cipatus sui in Oratorum regno non ignarus es-
 set, perpetuò omnium ore & admiratione ma-
 jor. Quoniam igitur post excessum demum
 tanti Viri viderunt lucem, quas ille nolebat re-
 bus humanis superstes sine adhibitâ limâ conjun-
 ctim edi, ORATIONES PANEGYRICÆ: eò
 digniores, imò auro contrâ cariores, Vobis præ-
 primis nobili gente & mente natis Adolescentibus
 sunt æstimandæ, maximi æstimatæ assiduâ manu
 sunt versandæ, versatæ studiosè legendæ, lectæ fre-
 quenter relegendæ, relectæ in succum tandem
 & sanguinem per quatuor illa imitationum ge-
 nera, per PARAPHRASIN nempe, per MÊ-
 TAPHRASIN, per HETEROSIN, per Orato-
 riam quandam PARODIAM (*Metallagen* re-
 ctius dicerem, dum aliud commodius nomen oc-
 currat) vertendæ. Prævit hac in parte exemplò
 suo Vobis Generosissimus BARO à *Burkhausz*/
 Vester olim olim in his Musarum Nisfiacarum
 Castris commilito, nostrum *κατὰ πόδα* secutus du-
 ctum. Etenim quum omninò aliquid beatis-
 simæ *Illustrissimi Comitis de Dona* Memorix scri-
 bendum esset, quod publicè in discessu recita-
 retur: *Augusti Buchneri Panegyricum*, quem in sene-
 ctute suâ non delirâ, sed singulari cum primis
 iudicii acrimoniâ satis superq; instructâ, D.
 JOH. GEORGIO I. *Elect. Sax.* scripserat ac dixe-
 rat, imitatus PANEG. FUNEBREM bonis con-
 cin-

cinnavit auspiciis. Atq; hic quidem, sub quodam quasi Parodiæ Oratoriæ Schemate scriptus, Sermo est: quem Vobis, *Nobilissimi Furvenes*, ut Specimen *Imitationis Buchnerianæ* in *Buchneri*, præter illam *Lansii*, dudum urgeri cœptâ Lectione habeatis, interea temporis offero: dum aliquando Θεῶν μεγάλων ἐκκλησίᾳ sub eodem Schemate *Plinianæ Imitationis* Specimen ἐ nostro Museo in lucem prodeat. Admittite quæso paterni animi tesseram, & affectui tribuite, quicquid accipitis. Videbitis sanè **FUNCCIUM** alterum Parentem vestrum, quem legatis: Egoq; & ipse, quò magis hæream, in animum me potius vestrum hodie, quàm oculos insinuabo. Omnia autem consequar: si affectum offerentis æstimabitis: si & laudati Baronis in Corona vestra peroraturi, nisi fata prævertissent & maturassent abitum, memoriam æstimabitis. Quod unum itaq; in hoc calce superest: Vos pugilicè valere tandem jubeo, remq; vestram literariam omnem, ἐ veterum Romulidum formulâ, agere

Dabantur cursim Gorlicii
Anno 1674. 20. Jul.

FELICITER.



A 3

Bei

Gewirdter und wol-
auspolirter

Herren=Spiegel/

Oder

Loob, Rede/

Von

Des weiland Hoch, Wol, gebornen
Herrens/

Herren Conrad Friedrichs/

Burggraffens und Graffens zu Sona/

Herrens auff Sulau/ Gabel/ Walten, Löl-
hel/ und Neutalzbach/ ic.

Vier vornehmsten Hochgräfflichen
Tugenden/

Nemblich von dessen Gottseeligkeit/ Beständigkeit/
Großmütigkeit und Mildigkeit/

Zu schuldigsten Ehren= Bedechtniß
öffentlich in der wollöblichen
Sörlichischen Schule

beym Abzuge im Jahr M DC LXXIII.
den XX Jul. abzulesen
aufgesetzt

Von

Nicol Conrad Freyherrn
von Burkhaß.

DIIS MANIBUS

S.

PANEGYRICUS

FUNEBRIS,

PER-ILLVSTRI QVONDAM AC GENEROSIS.

DNO,

DNO CONRADO

FRIDERICO,

CASTELLANO LIMITANEO ET COMI;

TI DE DONA, DYNASTÆ IN *Sulau/ Jabel/*

Walten-Fölzel/ ET Neutalzbach/ &c.

HEROI

PIO, CONSTANTI, MAGNANIMO,

ET MUNIFICO,

MATRUELI UNICO,

OPT. PARENTIS LOCO HABITO,

UT

IN AUGUSTO GORLICENSIVM GYMNASIO

ANNO c^o l^o LXXIII.

PAULO ANTE SUUM IN GALLIAS

DISCESS.

DIE NEMPE XX. JUL.

AUCTORITATE PUBLICA HABERETUR,

OBSERVANTIÆ POST CINERES

QUOQUE CONTESTANDÆ

GRATIA

SCRIPTUS

A

NICOLAO CONRADO

BARONE DE *Burkhauf.*

Undert euch nicht / Ihr Herren Zuhörer / die ihr euch
 in diese Versammlung begeben habet / was heute gethan
 werden solle: da ihr also sehet / daß sich allenthalben
 Trauer-Zeichen spüren lassen? Denn ein jedweder wird
 bald verstehen lernen: warumb gegenwärtige Zusammen-Kunfft
 angestellet sey. Nämlich dieser Cathedral / auff welchen ich aniso ste-
 he / und diese Stüle zur rechten Hand mit schwarzen Tuche beklei-
 det / diese obere Überhör-Stube / welche sich nicht wie zuvor mit
 einer lieblichen / sondern mit einer traurigen Music hören lasset /
 dieser mein Trauer-Habit / dieses mein zur Erden niedergeschla-
 genes und mit Thränen beflommenes Antlitz deuten überflüssig an;
 daß nicht etwa ein Gemeines / sondern ein Gräßliches Haus
 gefränkelt und verletzert seyn müsse: und daß nicht ein geringer
 Mann / sondern grosser und vortrefflicher Herr / nicht etwa ein
 weit angehöriger Oheimb / sondern naher Vetter / ja mein an-
 derer Vater entweder gestorben / oder schon begraben seyn müsse;
 an welchem einig und allein ich so viel verlohren / als ihrey
 viel kaum besitzen; und den ich so sehr betraure / als immer-
 mehr ein Schmerz eines menschlichen Gemüthes seyn und
 verstanden werden mag: dessen Vorsichtigkeit und guten Ra-
 the / dessen Schutz und Sorgfalt ich nach seeligen Abster-
 ben meiner Hochgebohrnen Eltern dieses mein Leben / diese mei-
 ne Güter / diesen meinen bey der einmahl erkanten und bekan-
 ten himmelischen Wahrheit sichern Zustand / diese Freiheit des Ge-
 wissens / ja alle meine Wolfarth nechst Gott bis hieher zu-
 zuschreiben habe. Dahero auch kein Wunder wäre: ich
 liesse mich selbst mit des seeligen verstorbenen Herrn Veters
 Leiche zu Grabe tragen. Ach wehe mir Elenden! Wo ist nun
 meine Hoffnung hingefallen? Was hat mein herliches wünd-
 schen und seuffzen für einen Ausgang genommen? Was hat
 mein Gebet für sein langes Leben / für seine gutte Gesundheit /
 für sein Wolergehen / Hoch-wol-gebohrner Herr / Herr Con-
 rad Friedrich / Burg-Grasse und Grasse zu Dona / Herr auff
 Sulau / Jabel / Walten-Tölzel und Mentelzbach / gefrucht-
 tet? Habe ich denn / o Gott / etwas gebeten / dessen ich nicht
 werth bin? Oder hastu mich dessen nicht gewehren wollen / was
 deine heilige Ordnung trennen möchte? Deme sey nu / wie ihm
 wolle: so ist gewislich mir / Mir sage ich / Vater- und Mutter-
 losen Waisen / ein schwerer / ein unglückseliger und höchst-trau-
 riger Fall / einē so liebwerthen und treuē Vormündē verlohre habe.

Und

PANEGTRICUS FUNEBRIS.

3

Nolite mirari, Auditores, in cœtum hunc delati, quid
 agi hodie solemniter debeat: quum videatis mœroris
 ex omni se parte argumenta pignoraq; dare ad ma-
 num. Quemlibet enim facile intellecturum credo: cui rei
 hæc instituta sit concio. Hæc nimirum, quæ eminent, & in
 qua adsto, Cathedra; hæ ad dextram positæ & aterrimis pan-
 nis indutæ sellæ; hoc ipsum superius Auditorium, non, sicut
 sæpe, suavissimis vocum ac modulorum concentibus festum
 atq; lætum, sed funebribus Præficarum neniis triste ac horri-
 dum; habitus iste, quem gero furvum; hic meus deniq;
 vultus humectus lachrymis dejectusq; in terram (qui mise-
 rorum ac lugentium habitus est) inculcant abunde: non
 tam privatum aliquem Larem, quam illustrem Familiam per-
 cussam ac fauciam; nec vulgarem quendam aut plebejum,
 sed magnum ac excellentem Virum; non affinem longa co-
 gnationis serie remotum, sed sanguine admodum propin-
 quum; Matruelem nempe optimū, imò vel alterum Parentem
 meum, sive elatum, sive compositum esse. In quo uno tan-
 tum amisi, quantum multi vix possident: tantum lugeo, in
 quantum humani animi dolor intelligi potest. Cujus provisio-
 nibus atq; consiliis, cujus tutelæ ac curis, hanc meam vitam,
 hæc meæ fortunæ bona, hanc meam in vero de DEO sensu, inq;
 recto ejusdem cultu securitatem ac statum, hanc conscientiæ
 libertatem, imo omnem meam salutem post DEUM & re-
 tuli hæctenus, & hodie debeo. Unde nec temerè foret: si
 in hoc funere propemodum funus meipsum efferrem. O me
 miserum! Quò prolapsæ sunt spes meæ? Quem habuerunt vo-
 ta mea exitum? Quò meæ pro longiori vita tua, pro inco-
 lumitate, pro salute tuâ, Illustrissime ac Generosissime DO-
 MINE, DOMINE CONRADE FRIDERICE, COMES de
 DONA, Dynasta in *Sulau / Zabel / Walten - Tölzel & Neu-
 talzbach* / ceciderunt preces? Ergone, ò Numen sanctissi-
 mum, oravi, quæ ferre fui indignus? Aut impetrari noluisti,
 quæ destinatorum Tibi inverterent ordinem? Quicquid sit:
 dura omninò mihi, mihi, inсто, adhuc minorenni, qui u-
 troque Parente orbatus, inauspicata & miserrima omni-
 um res est, optimum pientissimumq; Tutorem amisisse.

B

Et

Und ob wol manche viel zeitlicher / ehe sie noch den Lauff ihrer Ehre und tapffern Thaten vollenden / dahin sterben: scheint mir doch der seelige Herr Graffe annoch allzu unzeitig zum Tode gewesen zu seyn. Hätte er aber gleich noch länger gelebet / würde ichs doch nicht glauben / daß er genug gelebet: als der mir noch lange Zeit hätte nützen können: weil er eben niemals ermiedet war / mein bestes zusuchen / und zubefördern. Kommet nun gleich ein anderer hochlöblicher Vormünde an dessen Stelle / so wird doch meine Wolfarth mercklich gehindert: und kan die Vormündschafft leichtlich nicht ohne geringen Verlust meiner Gütter auff einen andern gebracht werden. Wohin ich demnach nur immermehr meine Augen wende: wohin ich mein Gemütze und Gedancken richte / kommen mir alsobald solche Dinge vor: welche Sinn und Herz an und nach sich ziehen / auch eine unumbgängliche Noth mit sich führen / nicht allein den Hochgebohrnen Herrn Better höchlich zubetrueren und zubeklagen / sondern auch über selbstn mich obliegender Gebühr nach zu verwundern / und ihn so viel an mir ist höchlich zu preisen. Wolan / damit die grossen und herzlichen Wolthaten / die mir mein gnädiger und nunmehr höchstseel. Herrn Better Lebenszeit erwiesen / nicht eben zugleich mit demselben verstorben scheinē / sondern unvergänglich und ewig geschäzet werden mögen: will ich in Gegenwart das Gedechtnuß und Andencken des Abgelebten bey mir erneuern / und etliche besondere Tugenden / die sich mir zur Nachfolge absonderlich an Ihme ereignet / herausstreichen. Was meinet ihr aber wol / Ihr meine Herren Zuhörer: daß derjenige / so von den edelsten Tugenden / und zwar vor Euch / Hochweise Herren Väter / bey denen sich allezeit ein grosser Vorrath der Geschicklichkeit und eine und unglaubliche Liebe zur Tugend spüren lässet / reden will / vor einen scharffsinnigen Verstand / vor eine Zunge / Odem und Muth haben müsse: damit er so prächtig reden könne / als der Dinge Beschaffenheit / davon er reden will / erfordert / und zugleich dem Urtheil und Zuversicht derjenigen / zu welchen geredet werden muß / ein sattsames Genügen leisten möge? Ich zwar habe vor diesem mich nicht unterfangen / meine geringe Stimme in dem Lobe der Tugenden auff die Probe zusehen: doch wird mir anjeko umb so viel leichter seyn / den besten Theil derselben nach dem Maas und Vermögen meines Verstandes außzuführen: weil meine mehr als Kindliche Schuldigkeit mich bey diesem / wie wohl mir allzutaurigen / doch höchstseel. Todes. Fall also und der gestalt angefrischet: daß ichs weit besser achte / von dergleichen Dingen / als ich mir vorgesezet / etwas reden / als / da nicht reden ein leichtfertiges Laster wäre / ganz stille schweigen.

Der

Et quamvis multi longè prius decedant, quàm gloriæ & honorum cursum perfecerint: nimis tamen mature Beatissimus Dominus Comes mortuus esse mihi videtur. Atverò, ut vixisset longius, non satis vixisse crederem tamen: quàm poterat diutius mihi prodesse. Sanè, quò plura in me ab incunabulis contulit, hòc majora collocaturus fuisset: qui benefacere nunquam cesârât. Et optimus licet succedat Tutor: interrumpitur tamen per hanc mutationem aliquid salutis meæ: dumque transit cura ac tutela in alium, intercapedo ipsa & mora deputatur in damno, molesta certè est. Quocunq; proinde oculorum meorum aciem dirigo, quò mitto mentem: statim objicitur aliquid, quod advertat ac trahat, simulq; & admirandi prædicandiq; **GENEROSISSIMUM DOMINUM MATRUELEM**, & deplorandi atq; lugendi necessitatem imponat. Ut autem maxima amplissimaq; beneficia, quibus indulgentissimus Dominus Matruelem me olim cumulavit, non deleta extinctaq; cum ipso videantur, sed immortalia perpetuaq; putentur: Ego equidem memoriam erepti impræsentiarum refricabo, & peculiare quædam tanti Viri Virtutes, quibus imprimis excelluit, celebrabo. Atq; sic, quum omnino de his dicendum mihi sit hodie, & apud Vos quidem, Patres Ampliss. quibus ingens modus doctrinæ & incredibilis semper in Virtutes amor fuit, quantò ingenio, quò ore spirituq; opus fore putabitis: ut & æquet dicenda, & ad quos dicetur, eorum votis judiciisq; respondeat oratio? Non sustinui antea quidem in Virtutum laudibus periclitari vocis meæ exilitatem: tantò tamen nunc mihi erit facilius, optimam illarum partem pro ingenii mei modulo exequi. Ecce enim plusquàm filialis in hoc ipso, licet admodum funesto, beatissimo tamen, obitu audentem me facit Pietas: ut satius ducam, quomodocunq; dicere, quàm, quum non dicere sit flagitium, tacere velle.

B 2

Qui

Derjenige / so mit dem Vorsatz zubeten sich zu Gott nahet / pfleget sich gemeiniglich gegen der Sonnen Aufgang zuwenden. Ebener massen solte Ich / indem ich meine letzte Schuldigkeit und Ehrbezeigung meinem numehro Seeligen Herrn Vetter / dem Hochgebohrnen Herrn Graffen zu DOVA / Herrn auff Sulau / &c. abzulegen beginne / auch dahero den Anfang zureden machen: da das Licht meines einigen und mir allzufrühzeitig entzündten Gestirnes erstlich hervorgebrochen. Aber indem ich allhier / Weitleifftigkeit zu vermeiden / nicht der natürlichen / welche von der Geburt anhebet / und alle Stufen des menschlichen Alters bis auf des Lebens Ende durchstreichet / sondern der Kunst-Ordnung nachzugehen gewillet / will ichs heute bey vier Theilen dieser öffentlichen Loob-Schriefft bleiben lassen: zumahl da diese Zahl die Natur ihr gleichsam selbst gewidemet. Denn eben in der gevierten Zahl hat selbte das Uhrwesen aller irdischen Dinge geheiligt. Es hat auch die gevierte Zahl ihr die Philosophie ausgefondert / und darauff den Grund der Ewigkeit geleyet. So mag nun eben solche Zahl auch heute dem seelig verstorbenen Herrn Graffen heilig seyn: und zwar dergestalt / daß er von ihr seine letzte Ehre und gebührenden Nachruhm erwarte. Was düncket Euch aber wol / ihr meine Herren Zuhörer: über welche Tugend ich bey dieser gevierten Tugend-Zahl mich am ersten verwundern / oder welche ich zuförderst heraus streichen solle? Ob die Beständigkeit im Glauben / oder die Gottesfurcht die erste im Spiel seyn solle? Denn gleichwie jene die Krone des Lebens bringet: also ist diese zu allen Dingen nütze / und hat die Verheißung dieses und des zukünftigen Lebens. Zwar der Hochberühmte Mann Aristoteles / von Stagira gebürtig / wenn er die Natur und Eigenschaft der Sitten und Tugenden erklären wolte / strich zum höchsten heraus die Gerechtigkeit: als welche er nicht allein eine Fürstin und Königin aller Tugenden nennete / und von ihr rühmete / daß sie im Tugend-Chore eben dasjenige wäre / was unter den schönsten auff und niedergehenden Himmels-Lichtern der helle Abend- und Morgen-Stern; sondern selbte auch lobete als einen vollkommenen Begrieff aller andern Tugenden. Denn so sagte Er:

Gerechtigkeit allein die ganze Schaar begreiffet

Der Tugenden in sich zusammen eingehauffet.

Nicht anders kunte dieser Mann urtheilen: als der das Gesetz der wahren Gottseeligkeit nicht verstunde / ja gar nichts von derselben wuste. Denn wie solte ohne Gottes sonderbare Güte selbige dem fund gewesen seyn: der ganz und gar nichts / so viel das rechte Erkenntniß Gottes betrifft / begrieffen und erkant hatte? Dannenhero legte Er der Gerechtigkeit zu /
was

PANEGTRICUS FUNEBRIS. 7

Qui oraturus accedit Numen, in illam se fermè conver-
 tit cœli plagam: unde diei exordium est. Perinde & ego,
 dum iusta Justitiâ Divis Manibus Illustrissimi Comitis ac Do-
 mini, Domini CONRADI FRIDERICI de DO-
 NA, Dynastæ in *Sulau* &c. sacrare incipio, inde potis-
 simum ducerem initium: ubi unici mei, sed maturè nimis
 intercepti, sideris lux primùm prorupit. Sed quum brevita-
 tis studiò non tam naturalem, qui à natalibus incipit, & per
 omnes vitæ gradus transit, quàm artificialem Ordinem heic se-
 cuturus sim, in quatuor rivulos fontem derivabo. Sacer naturæ
 hic numerus: quippe quæ rerum principia in eo sacravit.
 Nec minus sacer quaternarius est numerus Philosophiæ: ut-
 pote quæ fontem æternitatis atq; radicem in hoc posuit. Sa-
 cer & ipse mihi sit hodie dicturo. Sacer item Divis sit Mani-
 bus: & ab eodem ultimum hi suum honorem atq; decentem
 gloriam expectent. Dicite verò, ô Venerandi Auditores, di-
 cite mihi sultis: quamnam in quaternario hoc Virtutum nu-
 mero potissimum mirer Virtutem: quamve præcipuè depræ-
 dicem. Priusne sinceram in fide Constantiam, an Pietatem
 prædicabo? Nam quemadmodum illa vitæ affert coronam:
 ita hæc ad omnia est utilis, habetq; & hujus & secuturæ vitæ
 promissionem. Magnus quidem Stagiræ Alumnus, quum
 morum naturas explicaret, miris Justitiam laudibus tolle-
 bat: Eam Principem non modo atq; Reginam Virtu-
 tum, idq; in harum choro esse prædicabat, quod inter
 pulcerrimos illos, qui subterlabuntur cœlo, ignes candi-
 dissima Hesperii atq; Luciferi sunt sidera; sed absolutissi-
 mam omnium quoq; laudabat congeriem. Is siquidem
 solebat dicere:

Justitia in sese Virtutes continet omnes.

Necaliter poterat judicare: qui ignorabat Pietatis vim, &
 ipsam adeò nesciebat. Nam cui patere illa absq; DEO po-
 terat: qui planè ipsum latebat? Quare Justitiæ tribuebat,
 B 3 quod

was er der Gottseeligkeit zulegen solte: als welche auch die Gerechtigkeit selber in sich geschlossen hält/ und Ihr/ wie auch andern Tugenden/ beydes die Krafft zuwachsen/ beydes die Stärke zubestehen giebet. Sintemahl sie die Mutter so wol/ als auch die Grundfeste aller andern Tugenden ist und heisset. Zwar also verhält sich allhier: daß der seligste Herr Graffe bald das erste Alter auff solche Studien gewendet: welche so wol die wahre Erkenntnuß/ als die gebührende Beehrung Gottes ins Gemüthe flösseten: welche die Liebe zur Tugend und den Haß der Laster ins Herze pflanzeten/ und allen Dingen einen rechten Preiß ansetzten: damit nicht etwa geringschätziges Sachen als grosse und wichtige auffgenommen/ oder diese als liederliche und nichts wehrte verachtet werden möchten. Denn/ wie dergleichen Meinungen man sich in den zarten Jahren einbildet/also bleiben und dauern sie auch im folgenden Alter: und zwar dergestalt/ daß sie nicht leichtlich beweget/ vielweniger außgerottet werden können. Was ist denn nun wunder: daß an unsern höchstseeligen Herrn Graffen die Gottesfurcht den andern Tugenden gleich war/ ja diese weit übertraff? Was ist denn wunder: daß seiner Beständigkeit im Glauben nichts zeitliche Ehre/ nichts zeitliche Güter entziehen kunten? Hilf unsterblicher Gott! was für Wachsamkeit und embsige Sorgfalt hatte der seel. Herr jederzeit: damit bey ihm in aller Verfolgung die einmahl erkante und bekante himelische Wahrheit unverfälschet bliebe/ und keine Treulosigkeit seine Evangelischen und recht Catholischen Glauben/ weder durch List/ noch durch Gewalt/ übermannete? Drum laß Er fleißig reiner Theologen Bücher: darinnen die Himelische Wahrheit abgefasset und vertheidiget/ die falsche aber und trüglichen Kencke der Jesuiten wiederleget waren. Nechst diesem/ welche Anflehung Göttlichen Nahmens/ welches andächtiges Gebet hat Er doch zu Hause so wol/ als in der Kirchen gethan: wenn entweder der Zorn des Höchsten bey drangseeligen Zeiten zubesänftigen/ oder Göttlicher Gürtigkeit für Lebenszeit über erwiesene hohe Wohlthaten herzlich Dank zusagen? Was suchete er aber hirmit wol anders: als daß er zugleich andere/ bevor auß aber mich den Seinigen fromm machen/ und sich auch selbst als einen rechten Gottsfürchtigen Graffen erweisen möchte? Wie Er denn sonst allezeit von Jugend auf solches dargethan: nicht zwar durch Strenghkeit einer gewissen Regel/ oder durch abergläubische Erwehlunge gewisser Tage/ sondern auß aufrichtiger und freywilliger Liebe zu Gott und seinem Wort: welche zwar nicht immer zu Gesichte kommet/ sondern im Grunde des Herzens entzündet wird/ und

und

PANEGYRICUS FUNEBRIS.

9
quod Pietati debebat: quæ ipsam quoq; Justitiam complectitur, eidemq; ut cæteris & nascendi vim imperitur, & subsistendi adspirat robur, Virtutum omnium parens æquè ac basis seu fundamentum. Impendit impendit utiq; beatissimus Dn. Comes primam ætatem literis: quæ verum de DEO sensum & rectum ejusdem cultum insinuarent: quæ amorem honesti & vitiorum imprimerent odia, justaq; rebus pretia statuerent: ne parva acciperentur pro magnis, aut hæc ut parva contemnerentur. Nam, ut accepta hæc annis teneris fuerint, ita in reliquis durant ætates, tentanda haud temerè, aut evellenda. Quid ergo mirum: quod cæteris Beatissimi Domini Comitibus Virtutibus Pietas responderet, imò longè illas superaret? Quid mirum: quòd ipsius in vera fide Constantiæ nihil fortunæ ludibria, nihil mundi vanitates detraherent? Verum enimverò, proh immortalem DEUM! quæ illi vigilantia & intentissima cura perpetuò erat: ne qua in omnibus persecutionibus sanctissimam ipsius ac verè Catholicam fidem manu astute subvertere conaretur perfidia? Unde & crebrò puriorum Theologorum legebat Libros: quibus asserbatur coelestis veritas, cavillationes & strophæ Jesuitarum refellebantur. Adhæc supplicationes & preces subinde, & intra privatos parietes, & in templo instituebat: nunc ut iram Numinis arctis Reip. temporibus mitigaret: modò ut benignitati ejus pro summis per universum curriculum vitæ collatis beneficiis laudes ac gratias caneret. Quid in his aliisq; sinceræ Pietatis exercitiis Beatissimus Comes agebat aliud, quàm simul ut alios & semetipsum exhiberet pium? Talem quippe jam ab ineunte ætate se approbaverat, non certè observationis alicujus rigore, aut superstitioso delictu temporum, sed ingenuo liberoq; affectu: qui non in oculos semper incurrit, sed intra animi deflagrat arcana,
non

und von niemande als von Gott alleine erkennet und geurttheilet werden mag. Ich sehe annoch den seel. Herrn Graffen vor meinen Augen: wie er/ wenn er nicht mit angelegenen Geschäften beladen/ sondern auff eine zeitlang Ruhe hatte/ fast den ganzen Tag betete/ oder bey der Bibel selbte zulesen sasse. Denn also hielt er darvor: daß derjenige erst recht from und Gottesfürchtig wäre/ ja dem Höchsten gefiele/ welcher Tag und Nacht die wahre Gottseeligkeit sich angelegen seyn liesse: doch daß er weder durch weitläuffrige Gebete/ noch durch gezwungene und aufgedrungene Ceremonie Gott den Herrn/ welcher sich sonst nur in Einfaltigkeit des Glaubens erbitten läffet/ zueerbitten gedächte. Recht so! Denn gegen demselbigē/ der allenthalbē heilig geehret und angebetet werdē kan (als dessen Tempel die ganze Welt ist/ allwo er einem jedweden gläubigen Beter allezeit zugegen) darff man nicht viel und weitläuffrige Worte machen. Er weiß und verstehet alles vor sich: er höret und erhöret auch das unlaute Gebet: und sind ihm die Seuffzer und geheime Herzens-Gedanken allzu bekant. Gleichwol aber will Er auch laut seines Befehls (Kuffe mich an in der Zeit der Noth!) mit heller Stimme/ und zwar offte angeruffen seyn. Nur daß man sich nicht einbilde: man könne gleich als auß einem gethanen Werke damit etwas bey Gott verdienen. Was soll ich nun von den Priestern sagen/ welche als Diener Gottes der seel. Herr Graffe nechst Gott beständig geehret? Und/ weil Er in seiner Herrschafft (leider!) keinen Priester halten durffte/ ist Er ihnen/ damit Er sie nur an Sonn- und Fest- Tagen hören möchte/ wöchentlich manchen Weg zu Gefallen gereiset: hat auch zu Hause/ so Er wegen Unpäßlichkeit oder rauhen Gewitters halber nicht reisen können/ selbst durch Predigt-lesen in Versammlung des ganzen Hoffes ihre Stelle vertreten. O mehr als Menschliche Gottseeligkeit des Herrn Graffens: in welcher Er seinem Herrn Vater nichts nachgeben wollen! Denn dieser hat lieber wollen seiner Gräßlichen Güter beraubt seyn/ als die reine Evangelische Lehre verlassen: in dem daß er das Himlische dem zeitlichen weit vorzoge. Indem ich aber also außruffe: fället mir gleich hierbey ein die herzlichste Liebe/ so der Seelige Herr Graffe gegen seine damals noch lebende einige Frau Schwester/ als meine hochgeliebte/ nunmehr höchstseelige/ Frau Mutter truge. Ich sehe annoch die heißen Thränen: die er über ihren Todesfall mildiglich vergoffe. Und wenn fließen sonst diese/ als nur/ wenn sich die Liebe häufig ergeist/ und zum heffrigsten reget? Denn/ wann sie sich inwendig nicht mehr halten kan/ pfleget sie in eine Thränen-Bach

Bach

PANEGTRICUS FUNEBRIS. ii

non nisi DEO æstimandus. Video Per-illustrem Dominum Comitem adhuc, si negotiis non esset obrutus, sed ipse otio frueretur, totos orare dies, aut Bibliis legendis assidere. Ita enim existimabat ipse, hunc demum verè pium, maximeq; DEO gratum esse: qui per dius & pernox veram Pietatem curæ sibi cordiq; haberet; nec tamen formularum ambitu aut ceremoniis anxii DEUM ter Opt. Max. non nisi fide & simplicitate exorandum exorare sustineret. Rectè sic Pietatem æstimavit Vir Illustris. Coli siquidem & adorari sanctè DEUS ubiq; potest: ut cujus hic universus Orbis Templum est, in quo & semper & omnibus patet. Nec operosa docendus est verborum curâ: qui novit omnia, & tacitas ac secretissimas etiam mentis voces intelligit, facile atq; exaudit. Nihilominus tamen & clarâ sæpissimeq; iteratâ voce (juxta illud ap. Hieropsalten: invoca me in die tribulationis &c.) vult invocari: modò ne nobis persuadeamus, nos precibus nostris quasi opere operato aliquo apud DEUM quicquam mereri posse. Quid de Sacerdotibus heic dicam: quos tanquam Christi Ministros & Mysteriorum divinorum dispensatores Illustrissimus Dominus Comes juxta immortalem DEUM secundâ Pietate coluit semper, & veneratus est constanter? Quumq; in ditione sua Sacerdotem (proh dolor!) Evangelicum alere ipsi haud liceret: prolixum iter hebdomadatim, ut orthodoxum Ecclesiæ Doctorem Diebus dominicis æq; ac festis audiret, instituit. Domi etiam, ubi propter adversam valetudinem aut inclementiam aëris proficisci non poterat, legendò Evangeliorum Pericopas harumq; explicationem in frequenti totius Aulæ confluxu ipse Ministri Ecclesiastici vices subiit. O divinam Comitum & æmulam Patri Virtutem! Is quippe malebat abstinere bonis terrenis, quàm puram ac sinceram Evangelicorum doctrinam deserere; terrenis cœlestia, æterna caducis, tutâ speciosis ubiq; præferens. Dum autem heic exclamo, in mentem affectus mihi venit: quò Beatiss. Dominus Comes in Sororem suam tum adhuc viventem, genetricem meam olim olim oculissimam, hodie beatissimam, ferebatur. Ali videor, videor hodieq; lacrymas mihi videre: quas in demortuæ funere largissimè fundebat. Quando verò hæ maximè fluunt, quàm quum affectus immensum exuberat, & maximos cepit impetus: ut, quum se capere intus non possit, erumpat foras,

G

solu-

Nach häufig hervorbrechen. Und geschiehet solches zum
 leichtesten und am meisten bey denen/ die/ wie der weise Poet Ho-
 merus urtheilet/ von Natur zum Mitleiden die geneigesten und
 frömesten seyn. Aber was soll ich fer aer thun? Soll ich mich nun-
 mehro über der Beständigkeit des seel. Herrn Grassens im Glau-
 ben/ oder über seiner Beständigkeit in Worten und Wercken ver-
 wundern? Zwar ich will hier nicht etwa anführen jene Heroische
 Beständigkeit: die an dem theuren Bischoff zu Smyrna dem Po-
 lycarpus zufinden war. Denn als dieser vorher merckete: es
 wäre nunmehr Gottes Wille/ daß er die Lehre des Christlichen
 Glaubens/ zu welcher Er sich bißhero bekehret hatte/ durchs Exem-
 pel eines theuren Märterers bestetigē solte: hat er nicht zu Winckel
 lauffen wollen/ ob Er gleich gekunt hätte: sondern ist den Käyser-
 lichen Trabanten/ so noch unten im Hause waren/ freiwillig von
 oben herab entgegen gegangen/ und/ als Er auffgehöret zu beten/
 die Zeit aber fort zugehen vorhanden war/ ihnen mit frölichen
 Gesichte gefolget. Und da Herodes Tirenarcha/ und dessen Vater
 Nicetes ihme begegnetē/ auff den Wagen Ihn zu sich nahmē/ neben
 sich sitzen hießen/ und er mit vielen Worten dahin bringen wolten/
 daß Er mit Hindansetzung seines Erlösers den Göttern opffern/
 und/ sich dem Käyser bequembende/ sein Leben retten möchte/ (was
 liegt denn daran/ sagten sie/ daß man spreche/ Gnädigster
 Käyser/ und hierauff opffere/ und bey dem Leben erhalten werde)
 schwiege Polycarpus/ und gab keine Antwort. Endlich/ als sie
 jemehr und mehr anhielten/ sagte Er seine endliche Meinung: Ich
 werde nimmermehr thun/ was ihr mir rathet. Und auff solchem
 herzlichen Vorsatze ist Er blieben/ auff den Marter-Platz unerschro-
 cken gegangen/ und den Lauff seines Lebens all da seeligst beschloffen.
 Nicht eine solche hohe Beständigkeit in dem Evangelischen Glau-
 ben/ sage ich/ will ich allhier an dem seel. Herrn Grassen rühmen.
 Doch aber ist's gleichwohl nicht eine gemeine Beständigkeit/ die
 sich an ihm ereignet: sondern fast dergleichen/ als der theure Chur-
 Fürst zu Sachsen Johannes an sich gehabt. Denn dieser hat
 nicht nur das Augspurgische Glaubens-Bekentniß schreiben
 lassen: sondern auch frey und ungeschueet sich zur reinen Evan-
 gelischen Lehre bekennet/ ja biß auff den letzten Achen sie so hefftig
 vertheidiget/ daß Er auch bezeugete: Er wolte umb der Evan-
 gelischen Lehre willen Gut und Blut auffsetzen. Nemlich an
 dem seel. Herrn Grassen haben nebenst dem zeitlichen Reich-
 thumb/ auch viel geistliche Güter/ Glauben/ Liebe/ Gedult/
 Hoffnung/ und Beständigkeit biß in den Tod trefflich hervor ge-
 leuchtet.

solutus atq; diffusus in istos imbres, quorum facilitatem non nisi optumo cuiq; suppetere Homeri censuit Sapiencia? Quid porro heic faciam? Constantiam jamnunc Beatissimi Dn. Comitis in fide, an in verbis & operibus eandem mirer? Non equidem in Proscenium hoc Oratorium heroicam illam Constantiam protraham: quam in Opt. Smyrnæ Episcopo Polycarpo deprehendere licebat. Is enim quum intelligeret, visum esse DEO, ut tandem veram Christianæ fidei doctrinam, quam tenus hac confessus fuerat, luculentiori martyrii exemplò confirmaret, latebras mortis vitandæ gratiâ, quamvis posset, quærere noluit: sed Cæsareis satellitibus, in domo adhuc inferiori versantibus, è superiori tecto ultrò descendens, obviam ivit: quumq; precandi finem fecisset, tempusq; abeundi instaret, hilari fronte à tergo eos fuit secutus. Ac licet in itinere obvius factus Herodes Irenarcha, ejusq; Pater Nicetes, qui in rhedam acceperant Polycarpum, eundem proximè assidentem multis verbis inducere conarentur, ut spreto Servatore suo Diis sacrificaret, seq; Imperatori accommodans salutem & incolumitatem suam redimeret (quid enim mali habet, inquiebant, hoc tantummodo dicere, Domine Cæsar, & immolare ac servari?) ille tamen his auditis filebat, nec quicquam eis responsi dabat. Quin magis magisq; obsecrantibus apertè tandem mentem suam aperiebat: Nunquam equidem, inquiens, istud, quod svadetis mihi, faciam. Atq; in præclaro hoc proposito, coelesti voce, *fortis esto Polycarpe, & viriliter age*, confirmatus permansit, ipsumq; martyrii locum imperterritus accessit, illudq; ingressus est stadium, in quo vitæ cursum beatissimè consummaret. Non, non, in isto, in isthoc summo gradu sitam fidei Constantiam in beatè defuncto Domino Comite heic deprædicabo. Nec tamen vulgaris ea est: quum fermè eadem sit cum hac, quam Divus Saxonæ Princeps & Elect. Johannes exhibuit. Ecce enim ille Seculis futuris omnibus literis ac linguis deprædicandam Augustanam Confessionem, quam per orthodoxos Doctores suos conscribi curaverat, non modò intrepido animò exhibuit, apertè puriorem Evangelii Doctrinam professus; verum etiam ad extremum usq; vitæ halitum tam acriter ipsam defendit, ut testaretur, se ejus causâ ne quidem capitis periculum subterfugere. Sic itaq; in Divo nostro Comite, præter temporales illas, spirituales ac minus caducæ divitiæ, Fides nempe, Spes, Charitas, Patientia, & ad mortē usq; continuata Constantia eminenter præfulsere.

leuchtet. Denn da man Ihme zu Wien/zu Regenspurg und an andern Orten bald freundlich zugeredet/bald harte zugesetzt/er solte die Lutherische Lehre verlassen/und sich alsdenn zur Römisch-Catholischen Kirchen bekennen/ so solten Ihme nicht nur allein seines Herrn Vatern Güter/ derer er in der Böhmischen Unruhe verlustig gemacht worden wäre/ wiedergegeben werden; sondern man wolte Ihm auch die höchsten Ehrenstellen am Keyserlichen Hoffe zu erlangen beförderlich seyn: wolte der liebe seel. Herr lieber alles dessen entbehren/ und gleichsam im Elende ohne unbewegliche Güter leben/ als mit Schiffbruch seiner Seelen hohe Ehren-Ampter/ so ihme angebotten wurden/annehmen. Setete so dann die Käyserl. angebotene Gnade auß den Augē/und erwählte/ damit er seinem Gott rechtschaffen dienen möchte/ ein Privat-Leben zuführen. Hier hätte ich numehro auch grosse Befugniß zuerzehlen die treffliche Beständigkeit unsers seel. Herrn Grafens im reden und thun. Aber/ da solches zu einem grössern Fleiß außgestellet/ und in einer ganzen Rede erkläret werden solte/ kömmet mir gleichsam ungefordert und freywillig entgegen die besondere Großmütigkeit: mit welcher er gleich als mit einem starcken Schilde böser Leute Lasterungen und Verleumbdungen/ denen gemeiniglich hohe Standes-Personen unterworfen/ ausnahmte. O wie überwunde Er heldreich allen Haß/ und falsche Auflagen der Verleumbder/ und was sonst der Leichtsinngsten Gemütther Muthwillen und Bosheit wieder die trefflichsten Tugenden und hohen Verdienste sich frey hinaus nimmet? Denn er hieltte gänzlich dafür: es wäre eines grössern und herzhafftigern Gemütthes/ dergleichen Sachen als wie unter sich treten und verachten/ als selbte allezeit eiffrig im straffen anthen. Nechst diesem war der seel. Herr Graffe nicht wenig selbigen zu wieder/ die da kein Bedencken trugen ehrliche Leute ins Geheim anzugiffen und zuverleumbden: und zwar solcher Gestalt/ daß sie zugleich die Leute loben/ damit sie desto leichter geböret werden/ und noch hefftiger schaden können. Diese/ sage ich/ feindete der seel. Herr Graff gewaltig an/ und gestattete ihnen gar kein Gehöre. Nicht leicht argwohnete er: glaubete auch nicht bald/ sondern erinnerte sich allezeit seiner Großmütigkeit/ und erwoge dahero reifflich/ was ihme etwa beygebracht wurde. Worinnen denn der seel. Herr Graffe ein Sonnen-klares Exempel/ daß man nicht unbedachtsam verfahren/ und sich etwa

im

Etenim quum Viennæ, Ratisbonæ, & alibi, mox amicis, mox
 duris tentaretur verbis: ut sincerissimam Augustanæ Confessio-
 nis Religionem, è sancto Numinis Verbo haustam, cum Triden-
 tinâ commutaret, atq; spe hâc certissimâ niteretur, fore omni-
 nò, ut non modò Bona Paterna, quorum in motibus Bohemicis
 jacturam fecerat, reciperet; sed & ipse ad summa honorum
 fastigia in Aula Cæsarea eveheretur: optimus Dominus Co-
 mes, ad cunctas illecebras invictus, omnibus his abstinere, &
 immobilibus suis bonis orbatus, in exilio vivere malebat,
 quàm cum præsentissimo Animæ periculo oblatarum digni-
 tatum culmina conscendere. Respuebat utiq; oblatam Cæ-
 saris Clementiam, vitamq; ut DEUM suum verè ac sincerè co-
 lere posset, privatam eligebat. Possem heic loci in patentissimum
 laudum campum excurrere, ac prolixè summam Beati Nostri
 in dictis factisq; Constantiam enarrare: sed, quum majori lu-
 cubrationi hæc relinquenda, & integrâ Oratione explicanda
 veniat, ultrò interim mihi sese singularis Magnanimitas offert:
 qua tanquam septemplici Ajacis clypeo improborum convitia
 ac calumnias, quibus Magnates plerumq; sunt obnoxii, excepit.
 O quàm parili, hoc est æquissimo, animo malevolorum ser-
 mones & odia, obtrectatorum item calumnias, & quicquid
 cujusvis levissima petulantia ac pravitas in magnas virtutes
 amplissimaq; merita sibi solet permittere, superabat & vin-
 cebat? Majoris siquidem Constantiæ genus reputabat: si quis
 calcaret ac sperneret potiùs talia, quàm ut ulcisceretur semper
 ac vindicaret. Præterea magno animò averfabatur Noster genus
 illud hominum: qui honestâ specie & falsis pignoribus fidei arre-
 punt, atq; optimum quemq; si odio habeant, & oppugnantem
 prava viderint, criminari in occulto solent, mixtis nonnunquam
 laudibus: ut fidem inveniant, & sic infestius noceant. Hos
 videl. Noster averfabatur, & trans mittebat, nec pronus suspi-
 cionibus, nec credulus temerè: &, magnitudine suâ innisus,
 allata pensabat, nec admittebat, nisi probasset illorum
 fidem, insigni gravitatis exemplò & imitando omnibus,

C 3

quos

im Zorn übereilen solte/ grossen Herren vorgestellet. Sonst hielt er sich nicht statlich in Kleidung: sondern liebte vielmehr das Mittel. Denn immer in köstlichen Kleidern einhergehen achtete Er nur dem jenigen anständig zuseyn/ der stets das Frauen-Zimmer besuchet/ und der Buhlschafft nachgeheth. So hielt er auch allezeit gar einen engen Hoff/ und hatte wenig Diener umb und neben sich: auff daß er allenthalben die übermachte Pracht meiden/ und hierdurch sein demüthiges Gemüthe darthun möchte. Wie er denn auch einen jedweden/ er war so geringe/ als er wolte/ vor sich lieffe: selbst jedermann gerne hörete/ und in Gnaden beschiede. Wer will nun schließlich mit Worten des höchst-seel. Herrn Graffens Mildigkeit aussprechen: da man sie kaum mit Gedancken erreichen kan? Traun gleichwie wir sehen/ daß das günstige Sonnen-Licht seine Wärme nicht nur den nechst-angelegenen Ländern mittheile/ sondern rings herumb/ weit und breit/ alles/dahin es seine Straalen austreuet/mit seinem Glanze erwärme und erquicke: Also hat der seel. Herr Graffe die milden Gaben seiner Güttigkeit nicht nur etwa gegen Mich seinem Enckel von der Frau Schwester/ oder auch gegen die/ so sonst stets umb Ihn waren/ sehen lassen. Sondern er hat selbte unter alle arme verlassene und betrübte Leute ausgestreuet: gleich als ob er den Nahmen eines Vatern der Waisen/ der Witwen/sonderlich aber der armen Exulanten/ sonst nicht verdienen könnte; er hätte sich denn bevoor aus umb diese alle wolverdient gemacht. Ach wie bekümmert und sorgfältig ist Er inzwischen meiner wegen gewesen: daß ich in der Evangelischen Wahrheit wol unterwiesen und bekräftiget werden möchte? Wie oft ist er nach Wien gereiset: daß er Freyheit bekommen möchte/mich in Evangelischen und Lutherischen Schulen erziehen zulassen? Wie trefflich hat er sich bemühet: daß durch Churfürstl. Sächs. Vorschrift er erhielt/ was er am Keyserlichen Hoffe demüthigst suchete? So hat er sich auch jederzeit beflissen einen jedweden seiner Bedienten/ derer er zwar nicht viel hatte/ durch Wohlthaten zuverpflichten. Nicht allein aber hat er eines jeden Wolstand zuehalten/ sondern auch zuverbessern sich angelegen seyn lassen. Ferner/ wie gnädig hat er die Elenden/und umb das ihrige gebrachte Leute/ zu Unterthanen auff und angenommen/ sie getröstet/ und erquicket? Auff wie vielerley Weise ist er deroselben Mangel und Armuth zu Hülffe kommen/ gleich als ins Mittel getreten/sie ih-

rer

quos in illustri loco collocavit fortuna. Nec morose deditus Noster cultui corporis erat. Semper enim nitere, & quasi prodire de capsula, illorum existimabat, qui gynæcea celebrant, mulierumq; amores venantur. Nec & ipse splendidam amabat aulam: quippe quem per exigua ministrorum pompa sequebatur: ut portentosam ubiq; luxuriam fugeret, & humilitatem suam monstraret. Quid? quod nunquam inclusus esset, nunquam solus, obvius semper, & penè ultrò tantâ facilitate occurrens, ut nemo, aut mediocritate ordinis sui, aut fortunarum, fastidiretur. Sed largam Nostri Munificentiam quis tandem dicendo æquabit? Ecce enim nemo eam cogitando rectè assequi potest. Certè quemadmodum calorem beneficum Solis lumen vicinioribus terris impertitur haud tantum; sed latè omnia circum, quâ radios suos diffundit (& quò non diffundit?) fidere suo fovet & recreat: sic munificentissimus Dominus Comes in me haud tantum suum ex Sore Nepotem, vel etiam in eos, qui circa ipsum, atq; à latere veluti essent, bonitatis suæ dispensavit munera: sed in omnes insuper egenos ac miseros largissimè dispersit: acsi parentis omnium, orphanorum nempe & viduarum, præprimis verò exulum, nomen mereri non posset, ni bene de illis omnibus mereretur. Ah! quàm sollicitus ille de me, à parentibus relicto pupillo, fuit? Quàm id perpetuò cogitavit, egit, contendit: ut in orthodoxa Religione tutò erudirer? Quoties vel eâ maximè fini Viennam petiit: ut veniam pro me in Evangelica aliqua ac Lutherana Schola agendi impetraret? Quàm sedulam navavit operam: ut ad intercessionem Serenissimi Saxoniae Electoris auferret, quæ humillimè in Aula Cæsarea rogaverat? Nec minus etiam quemlibet ministrorum obligare sibi beneficiis semper studuit: nec conservare eorum statum modò, sed meliorem etiam facere? Miseros porrò & evolutos fortunis ac temporum casibus, quàm liberaliter excepit, in numerum subditorum adscivit, fovit, solatusq; benignè est? Quàm intercessit illorum inopiæ, & vicit fortunam,

crexit

rer Arminth benommen/ und in einen neuen und beſſern Zuſtand geſezet? Noch eine neue Mildigkeit that ſich hervor: als er jezo ſterben ſolte. Denn da hat er im Teſtament einem jeden Diener/ auch dem geringſten/ etwas vermachtet. Viel hat er vermachtet zu milden Sachen. Nichts minder hat er im Teſtament verſehen die jenigen freyen Reichs-Städte: in welchen er ſich lange Zeit auffgehalten/ und ihres Schutzes in der Freyheit ſeines Gewiſſens genoſſen. Will nicht ſagen: daß er ſeine vertraute Muths- und Bluts-Freunde ſtatlich bedacht habe/ Mich aber be- voraus zu einem völlige Erbē eingezet. O der groſſen Mildigkeit! Das heiſſet ſich recht mildreich erweiſen: das heiſſet als einē löblichē Wohlthäter ſich erzeigen/ und nicht nur mit lehren Tituln prangen. Ein anderer mag zur Schande güttig heiſſen: der doch allenthalben ſtreng und karg iſt. Aber unſer ſeel. Herr Graffe heiſſet mit allem Sug und Recht güttig: weil ers auch war. Solchen Titul und Nahmen erdencke ich nicht aus Schmeicheley. Denn die Liebe und mehr als kindliche Schuldigkeit leget ihn mir auff! Liebe wird durch Liebe erworben/ und wird nicht leichte einer geliebet: der ſich nicht vorher beliebt gemacht hat.

Hier wolte ich/ Hochgeehrte Herren Zuhörer/ auffhören zu reden/ und das übrige einem andern auszuführen überlaſſen: ſintemahl mir/ der ich kaum ein Anfänger bin in der Rede-Kunſt/ es an der Stimme und Rede fehlen will. Za der Arthem ſelbſt/ da ich weiter zu reden geſonnen/ bleibet mir auffen. Aber ſiehe da/ der höchſtſeel. Hintrit des Herrn Graffens aus dieſer Welt ruffet mich ein wenig wieder zurücke/ und will kürzlich zu deſſelben unſterblichem Nachruhm erzeulet ſeyn. Also verhält ſichs nun. Es hatte der ſeel. Herr Graffe ſchon zu Sulau ſich plözlich mit einer Unpäßlichkeit überfallen befunden. Weil aber die Herren Aerzte an ſeinem auffkommen ſelbſt zweiffelten/ indem ſie dem unverhofften plözlichen Schlag-Fluſſe bey Zeiten nicht ſteuern kunten/ wie ſehr ſie auch bemühet waren/ hat er ſich nach Maſſel/ welches Dorff rückwärts drey Meilē von Sulau an einem von Wald und Gebirge/ von Feldern und Wiefen gar luſtigen Orte lieget/ bringen laſſen. Immitteſt nahm die Schwachheit zu/ und hielt ſo lange an/ als er ſich erhalten kunte: biß endlich nach 24. Stundē/ bey welcher Zeit alle Kräfte verzehret/ dahin fallen und ſterben mußte. Bey ſo thanen Zuſtande was ſolte der ſeel. Herr Graffe thun/ oder wo ſolte er ſich/ da alle Menſchliche Hülffe auß war/
hin.

erexit spem, novumq; & melius circumdedit fatum? Nova se foras proripuit bonitas: quum jamjam esset moriturus. In Testamento suo siquidem cuivis, sequiori etiam ministro, aliquid æris legavit. Sic & eodem Testamento Civitatibus illis Imperialibus prospexit: in quibus diu tutus florensque egerat, conscientiaæ suæ libertate ibidem sine impedimento fruitus. Ne dicam: quod nec affines, nec consanguineos, nec amicos suos posthabuerit; me verò imprimis ex asse Bonorum suorum quorumlibet hæredem Testamentò constituerit. O quanta hæc est bonitas Viri! qui compar sit de demenso suo, quod relinqueret mihi: qui ipse non rarò Genium defraudavit suum, ut mea cumulet Bona! Hoc, hoc verè est munificum agere: hoc Patrem agere: non superbire inanibus titulis, &, quibus laudibus careas, gloriari vanissimè. Convicium fuerit beneficium dici, qui avarus: nec, nisi per contumeliam, durus ac quovis pumice aridior vocabitur largus. Noster jure beneficus audit, & largus. Pater audit: quia & fuit. Hunc titulum mihi non assentatio fingit: affectus, amor, filialis pietas subjicit, pietate & beneficiis provocata. Amor enim amorem parit: & aliquis amari, nisi ipse amaverit, vix potest.

Vellem heic lampada, Auditores, tradere, &, quæ sequuntur, narranda relinquere aliis. Neq; enim satis in ea, aut vo, aut sermo, aut oratio durat: & Spiritus ipse propemodum me dicentem fugit. Sed ecce, dum portum respicio, revocat me longè beatissimus Illustrissimi Domini Comitis ex hac miseriarum valle excessus. Revocat, inquam, ille me, ac breviter, ut nunquam intermoritura gloria hoc pacto augeatur, vult enarrari. Ita namq; res se habet. Sulaviæ jam Noster languorem illicò contraxerat: quum verò ipsi morborum Artifices de recuperanda valetudine propè desperarent, eò quòd vehementiam mali ac vim in tempore frangere non possent, quantum quidem laborabant, Masseliam, qui pagus tertio supra Sulaviam lapide jacet, agris, pascuis, sylvis, montibus, amœnissimo loco, deferri se curavit. Trahebatur interim malum tamdiu: quàm se Noster posset sustinere. Consumptis verò omnibus intra 24. horas vitæ præfidiis, sibi ipsum tandem concessit. In articulo hoc mortis, quid faceret Noster? Aut quò converteret se, opem

D

auxi-

hinwenden / Rettung zufinden? Solte er seine Gedancken auff Gold und Silber richten? O nein! Der Tod hat weder am Golde noch an Edelgesteinen ewige Freude und Lust; und siehet keinen Hald an. Er zwinget alles unter sich / und trit alles mit Füßen / was ihme vorkommet: es sey so schätzbar als es wolle / oder so geringe / als es seyn kan. Alles / alles reisset er ohne Unterscheid hinweg / und schleppet es mit sich. Es wandte sich so dann der seel. Herr Graffe einzig und allein zu dem jenigen / und setzet auff selbst alle seine Hoffnung / der den hereinbrechenden Tod zurücke treiben / oder den schon empfundenen zu nichte machen kan: und wenn er zu nichte gemacht / in ein neues Licht und Leben verwandelt. Dietsen / diesen / weil Er Ihn die ganze Zeit seines Lebens über sich zum einzigen Zweck erwehlet / hat er numehro in seinen letzten Zügen zuforderst sich vor Augen gestellet / auff ihn sein Absehen gehabt / und alle seine Gedancken und Begierden alleine dahin gerichtet: ja den hat er ergrieffen / und also gefasset / daß er nimmermehr von ihm getrennet werden möchte. Was istts derowegen Wunder / daß in des iehosterbenden Herrn Graffens Sinnen / Herz und Munde nichts anders / als der allersüßeste Nahme Iesus gewesen: den Er anflehete / den er stets anrufete / an welchen Er sich hielt / als an einen Schild und Schutz; in welchem auch sich die Stimme und das Leben endete? Was istts wunder / sage ich / daß er einen so seeligen Hintritt gehabt hat? Denn auff den Nahmen Iesu ist er gestorben. Was istts wunder / daß er ein so seeliges Ende seines Lebens genommen? Denn durch den Herrn Christus ist er zu Christus hingegangen. Hingegangen / hingegangen ist er zu Ihm: ja er hat seinem Iesu gefolget / wo Er ihn hingezogen. In den himmelischen Ehren-Sitz / in das seel. Land / da eine sichere Wohnung / und lauter liebliches Wesen / in die jenige Ruhe und Stille / die kein Ungewitter zerstören kan / zum Brunn des Lebens / der niemals ausdrocknet / und allezeit überlaufft / in das verborgene / und von den Gottlosen unberretene Geheimniß und Heilighumb / da Gott selbst wohnet / und das von lauter Ewigkeit bewohnet wird / ist er aus diesem Jammer-Thal hingegangen. O glückseligster Tod! O seeligstes Ende! Nichts mehr ist hir übrig: als daß ich diese kurze Überschrift auff den Grabe-Stein / unter welchen die recht Edlen Gebeine des seel. Herrn Graffens ruhen / roth einzuhauen zum Beschluß setze:

Die wahre Gottes-Furcht / Beständigkeit im Glauben /
Sambt andrer Tugend-Pracht / gleich einer güldnen Trauben
Zusammen liegen hier in dieser Grufft verscharrt:
Ein jedes auff den Tag des Herren freudig harret.

auxiliumq; expectans? An ad auri argentiq; sui apparatus? Non auro gemmisq; capitur mors: nec ullum pecuniæ cumulum attendit. Subigit omnia, proculcat omnia: sive in rara ac admiranda, sive in vilia ac invulgata incidat: nullo discrimine tollit cuncta & rapit. In illum igitur toto ferebatur animi impetu; in eo omnem fiduciæ suæ reponebat spem: qui solus aut ingruentem mortem repellere, aut jam exceptam elidere, & mox elisam in novam lucem convertere potest. Jesum scilicet, quem jam olim sibi vitæ scopum constituerat, nunc inter suprema ante oculos sibi proponebat maximè: in quem dirigeret cogitationes omnes ac vota: imò quem apprehenderet, & complecteretur non avellendus. Nil ergo mirum: si in beatissime defuncti Domini Comitæ animò, ore atq; sermone nihil aliud versaretur, quàm Servatoris memoria nomenq; dulcissimum. Hoc, hoc in clamabat: hoc invocabat perpetuò: hoc tanquam arcem aut clypeum apprehendebat: hoc & ultimum erat, in quo & vox & vita deficeret. Nil mirum: si felicissimam mortem nancisceretur? Eam siquidem in hoc ipso obivit nomine. Nil mirum deniq;: si beatissimum ex hac vita excessum haberet? Christo siquidem Duce transiit ad Christum. Transiit, transiit ad eum: imò secutus trahentem est Jesum. Quò autem secutus est eum? In sedes coelestes, in regiones illas beatas, ubi secura & jucundissima mansio: in tranquillitatem illam, quam nulla inquietat tempestas: ad fontem vitæ, qui nunquam exaret, semper abundat: in illud arcanum & inaccessum profanis secretum, quod habitat DEUS, & implet æternitas, secutus Noster ex mundo transiit. O mors felicissima! O beatissimus excessus! Nihil amplius heic restat: quàm ut brevem hunc Titulum Marmoris funereo, sub quo nobilissimi Beati Comitis cineres reconditi asservantur, miniò, ut clarior evadat, inscribendum coronidis locò addam:

*In Superum PIETAS, FIDEI CONSTANTIA,
VIRTUS,*

Clausæ sub hoc tenui marmore cuncta jacent.



Impositis olim tumulabat vana columnis
Ægyptus Reges; Pyramis audit opus.
Tempus edax rerum consumpsit singula, præter
Nil, sterilem terram quàm meminisse manet.
Innocui MANES & Magni Nominis UMBRÆ,
Vos FRNCI tumulat Svada profunda MEI.
Stat complexa solum Hæc Moles, complexa polumq̃,
Dum stabit terre & machina firma poli.
Imposite quatuor Monumentum firmitus ere
Virtutes firmant. Hinc Libitina fugit!

Incomparabilem D. hunc Heroëm
incomparabili dum Stilo
mactat

Vir undiquaq̃, Clarissimus

DN. CHRISTIANUS FUNCCIUS,

Gymnasii Gorliciensis Jubar & ὁ πᾶν

clumbes hos Elegos
faciebat

MICHAEL FETTERUS,
Ecclesiæ ibid. Minist. Primar.